



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

8. De Regulis Monasticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

CAPVT VIII.

De regulis Monasticis, qua sunt moderatrices & directrices Disciplina.

Regule vsitatiores & frequentiores sunt Augustini, Benedicti, Basilij, Francisci Augustini regula extat coniunctim in operibus B. Augustini & separatim cum Commentarijs Hugonis & aliorum, Basilij Constitutiones Monasticæ & regulæ antiquissimæ, ynde omnes aliæ regulæ dimanasse videntur, habentur in eius Operibus, & de ijs supra ex Basilio diximus. Regula Benedicti separatim edita extat cum glossis & Commentarijs Turcremataxi ac Smaragdi. Regula D. Bernardi eadem est cum Regula D. Benedicti, quia Bernardus inquit in sermone de S. Benedicto. Benedictus legifer noster. Hieronymus eodem Paulæ obitus tempore, se in latinum vertisse regulas monachorum à S. Pachomio, Oriesio, & Theodoro scriptas ipse in Præfatione illis affixa testatur, extant ipse in Appendicæ ad Cassianum, Romæ cufum & doctis notis viri insigniter eruditi Petri Ciacconi Toletani egregiè illustratum. Meminit scriptorû Pachomij, Oriesij atque Teodori Gennadius de Viris illustribus, cap. 7. 8. 9. Videtis quanta reuerentia prosequuti sunt sanctissimi ac doctissimi Patres instituta monastica, quæ S. Hieronymus hæc etiam ex parte commendandus, profuturus latinis suis in latinum conuertit hæc paucis Cæsar. Baronius tom. 5. Annalium ad annû Christi 404. & 223. folio. Nicephorus lib. 9. cap. 19. historia Ec-

*Hieronymus**Platus lib. 1.**c. 25. de vti-**litate 13. ordi-**nis Monasti-**ci ex regulis**scriptis.**De discipli-**na Basilij &**eius Regul.**Baron. to. 4.**Ann. fol. 385.**& to. 3. An-**nal fol. 682.**August. to. 1.**tres habet re-**gulas: Prima**dicitur Regu-**la B. August.**altera regu-**la monacha-**rum, & illa**to. 2. ep. 109.**extat tertia**regula cleri-**cis, tradita**eius fragmen-**tum in Appē-**dice to. 1. &**regula 2. cle-**ricis tradita**tom. 1.*

Hh 5

clesia.

*De legibus
regulis Bene
dictinor à S.
Benedicto
compositis.
Carolus Sigo-
nius de Occi-
dentali Im-
perio, ad an-
num Christi
558.*

*Ex veris feri-
ptis B. Hier.
regulam Hie-
ronymianã
collegit Oli-
ueius.*

*De regula
Monastica à
Casario Epi-
scopo Arela-
tensi pro vir-
ginibus com-
posita. 10. 6.
Ann. f. 587.
Baronius,*

Ecclesiasticæ testis est Angelum Dei scripsisse regulam, quam Pachomio tanquam Euangelicam exhibuit, præcipiens, vt nouum monachorum genus secundum illam institueret. Quod autem Regulæ Monasticæ Spiritus sancti instinctu scriptæ sint pulchrè probat Petrus à S. Audomaro lib. 1. cap. 8. Illustrationum Monasticarum, & prælatos habere potestatem tum leges constitutionesque condendi & postulante necessitate super illis dispensandi, docet idem lib. 1. cap. 9. Illustrationum Monasticarum, leges & regulas Monasticas diuinas potius quam humanas dicendas: probat idem ibidem lib. 1. cap. 10. Regulis sanctorum Prælatorumque constitutionibus in conscientia obligari subditos, earumque transgressiones culpabiles reddi lib. 1. cap. 12. ibidem. Disciplinam Monasticam maximè explicat Petrus à S. Audomaro lib. 3. Illustrationum Monasticarum cap. 15. quod inscribitur De correptionibus regularibus ac vltioneis propriarum culparum confessionibus, deque mutuis coram superioribus proclamationibus. Hoc caput pulcherrimum legatur, quia totam disciplinam Monasticam copiosè completitur, atque eruditè ex D. Augustino, Bernardo, Basilio explicat. Ioannes Cassianus discipulus S. Chrysostomi, Constitutiones Monasticas scripsit primum, libri sunt 12. postea Collationes 24. totæ istæ Collationes & Constitutiones nihil aliud sunt, quam præcepta Disciplinæ Monasticæ: breuiter tamen annotabo summaria præcipua loca, quæ generatim de Disciplina tractant, vt requirantur & inspiciantur. lib. 4. cap. 16. de regulis di-
ueris.

uerfarum correptionum. Insigne hoc caput legatur de spiritali animaduersione, prius agit de leuioribus delictis, quæ publica pœnitentia & prostratione in terram coram Abbate & conuentu emendantur, postea de grauioribus quæ plagis emendantur, vel expulsionem expurgantur. lib. 4. ca. 8. quibus primum institutis iuniores exerceantur lib. 2. cap. 3. De vniformis regulæ per totam Aegyptum custodia. lib. 4. cap. 39. Quo ordine ad perfectionem ascendere oporteat. lib. 9. cap. 8. Quod si mores nostros habuerimus emendatos, possit nobis cum omnibus conuenire. lib. 10. c. 16. Quod non odij sed dilectionis causa, eos qui delinquant, corrigere debemus. lib. 11. cap. 16. Quod non possint vitia aliter curari, nisi eorum radices & causa innotuerint. Collatione 7. cap. 18. Interrogatio an inter dæmones impugnationis, ordo ac vicissitudinis disciplina seruetur. c. 19. seq. solutio eius quod non seruetur in rebus indisciplinatis disciplina modusq;. Collatione 10. cap. 8. Interrogatio super eruditione perfectionis, per quam possimus ad perpetuam Dei memoriam peruenire. Collat. 18. ca. 4. tria ponit monachorum genera, quorum duorum priorum Cœnobitarum & Anachoretarum c. 5. & 6. præstantissimam describit ordine disciplinam, tertij autem generis i. Sarabaitarum pessimam disciplinam describit c. 7. addit quoque c. 8. quartum genus monachorum, quod etiam tepidum malam habet disciplinam. B. Hiero. to. 1. epistolarum epist. 22. ad Eustochium tria quoque genera monachorum commemorat, & tertium pessimum indisciplinatum, quod Remoboth vocat, hi suo arbitratu viuunt,

viuunt,

*De Cœnobia-
li seruorum
Dei Medar-
di regula.
Baron. to. 7.
Ann. f. 494.*

494 DE DISCIPL. ECCLES.

viuunt, inter hos sæpè sunt iurgia, non patiuntur se alicui esse subiectos: apud hos affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, uisitatio virginum, detractio clericorum, & si quando dies uenerit, saturantur ad vomitum. Cassianus collatione 18. ca. 7. de hoc tertio genere idem penè affirmat, quod cenferi tantum nomine monachorum absque vlla studiorum æmulatione festinant, cœnobiorum nullatenus expetunt disciplinam, nec seniorum subiiciuntur arbitrio, nec vllam sanæ discretionis regulam legitima eruditione suscipiunt, suo iure ac libertate vtuntur: hoc tertium pessimum genus latius describit Cassianus Collatione 18. cap. 7. & in fine idem scribit, quod B. Hieronimus loco supra dicto, nempe illud solum per totum mundum latissimè tunc patuisse. Cassianus collatione 19. cap. 14. De medicina & remedijs vitiorum. In Appendice Bibliothecæ SS. Patrum extat epistola Petri Damiani ad fratres, qui statuta & regulas erant transgressi, & acriter ibi reprehenduntur, refert ibi horrendum exemplum de quodam monacho, qui indictam disciplinam regulæ fregerat, & male mortuus est. De regula Pachomij Abbatis Aloysius to. 6. in eius vita, fol. 17. 9. Aloysius de regulis monachorum, & in vita S. Anastasie martyris, fol. 390. hæc omnia tomo 6. Ast tomo 7. in vita Abbatis Pynufij folio 67. tomo 7. in vita sanctæ Febronie virginis & martyris folio 188. & in Prato Spirituali cap. 110. fol. 327. & cap. 192. tomo 5. in vita Sabæ Abbatis fol. 198. in vita sanctæ Apollinaris, fol. 363. In vita S. Theodosij Cœnobitæ, fol. 374.

In his omnibus citatis locis monasticar. regul. fit mentio.

In vita S. Euthymij fol. 415. In vita sanctæ Melang, folio 483. & quoque Aloysius tom. 4. in vita S. Placidi martyr. fo. 17. In vita S. Mauri Abbatis fol. 39. In vita S. Francisci folio 233. Bonaventura in vita Francisci cap. 3. & 4. & tom. 3. in vita Pachomij Abbatis alterius fol. 167. tom. 2. In vita Martiani Monachi fol. 203. In vita Ioannis Monachi fol. 229. In vita Asclepij Monachi fol. 231. In vita Mariæ Aegyptiacæ fol. 384. In vita Theodori Episcopi fol. 446. In vita Vilfridi Episcopi fol. 454. Quatuor Regulæ approbatæ sunt ab Ecclesia tantum. D. Arnoldus VVyon in libris Ligni vitæ.

CAPVT IX.

De Disciplina Franciscanorum.

Exstat liber cuius epigraphe est firmamenta trium ordinum beatissimi patris Francisci, in cuius 3. parte continentur Statuta Ordinis Francisci in septimo capitulo folio 28. cap. de disciplina in communi accipienda iuxta morem prouinciarum particula 36. Et quia in multis prouincijs & locis obseruantia regularis fratres consueuerunt post Completorium vel matutinum accipere disciplinam in communi ter in hebdomada, iuxta alia ordinis statuta ob memoriam passionis Christi dicendo Psalmos, Miserere mei Deus, De profundis, vel, Deus misereatur, cum De profundis. i. Antiphona Christus factus est obediens, versic. Omnis terra &c. & orationibus, Respice quæsumus: Fidelium Deus omnium vel alijs. Ideo hortamur vt quælibet prouincia in his seruet suam bonam